



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizazione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Vldericus tituli Sanct[a]e Anastasiae Cardinalis Carpineus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

fructum ; hinc non absque Diuino consilio factum existimо, quod intra centrum annorum spatium, ex quo in Domino obdormierat, prae multis alijs antiquioribus Dei seruis, & Beati meruerit obtinere titulum, & si infallibile S.<sup>is</sup> V.<sup>e</sup> iudicium accesserit, Sancti denominatione decoretur. Quod ritè iureque fieri posse censeo, ut sic tanquam lucerna in caliginoso loco luceat omnibus, nosque initari non pigrat, quem celebrare delectat.

### Videricus tituli Sancte Anastasiæ Cardinalis Carpineus.

**B**eatum Thomam de Villanova, qui in saeculo ab inceunte aetate, non exigua sanctimoniae luce coruscavit ; qui assumptione religiosæ vitæ instituto sub Regula Magni Patris Augustini, ita omnibus morum disciplina, & eximijs virtutibus preluminxit, ut videretur quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne, qui in Archiepiscopali dignitate, quam inuitus accepit, quasi Sol resulfit in Templo Dei; in quem intuentes Ecclesiarum Pastores, omnesque Ecclesiastici viri heroicarum splendore virtutum obstupescunt, & inaudita charitatis ardore inflammantur; dignissimum esse, Beati simè Pater, qui Ecclesiae Catholicæ, uniuersaque Mundi splendeat ē Cœlo, voce tua in numerum Sanctorum cooptatus, iudico; sciantque omnes, & credint, eum, qui, praesertim amore pauperum, nec sibi legitimum, in quo moreretur, reliquit, domum iam habere ditissimam, non manufactam, æternam in cœlis.

### Marcus Antonius Tituli Sancte Mariæ de Pace Cardinalis Franciottus.

**V**T à Diuina in Terris Sapientia enunciatum accepimus, duo sunt, quibus Christiana perfectio præcipue nititur, atque concluditur : amor in Deum ; & in proximum quemque benevolentia. Utrumque egregie præstigit Beatus Thomas de Villanova : alterum studio precum maximo, commodorum nullo,